minor ſollicitudo pro ſanctitate aũt templi maximus et primus timor. i Macha. viij. et. ij. Machabe. viij.

Loquẽte iheſu turbis dixit ei quidam ecce mater tua. ⁊c. notã reſponſum. Mathei. xij. Luce. viij.

Petrus matertera xpi ſecundum carnẽ reſpõdit ei im dure ac ſi omino ei aliena fuiſſz. Mathei. xx.

Quãuis beatus iacobus et iohãnes fuiſſent maxime ſanctitatis nulli tamen eorum commiſit xps curã eccleſie generalem ſed petro qui ſibi carnaliter non attinebat. Johannis. xxi. Mathei. xvi.

Apoſtolꝰ dixit ad Gala. i. Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ⁊c̃. Et ſequit̃ q̄ non acquieui carni et ſanguini. ⁊. abij. ad aplos.

De angelis bonis.

Angeli boni abrahe apparuerunt et erga eum familiarit̃ ſe habuerunt. Geneſ. xviij.

Angeli apud loth hoſpitati quaſi piamei violenciam facientes de graui periculo extraxerũt. Ge. xix.

Angelus dñi prohibuit abraham ne filium ſuum ymmolaret et magna ei propter obedienciam ſuam repromiſit. Geneſis. xxij.

Angelus domini premiſit caſtra filiorũ iſrahel quãdo exierũt de egipto. Exodi. xxxij.

Unde Exo. xxiij. dicit. Ecce mitto angelum meum qui p̃cedat te et cuſtodiat in via et introducat in locũ quem paraui tibi.

Angelus apparens gedeoni confortauit ac animauit eũ ad liberacõem populi. Judicum. vi.

Helyam fugientem reginã ieſabel angelus dñi confortauit et nobili cibo eũ refecit. iij. Regũ. xix.

Judas machabeus et qui cum eo erant rogabant dominum vt bonũ angelũ ad ſalutem mitteret et ſequitur Et precedẽs eos apparuit eques in veſte candida. ij. Macha. xi.

Ad annũciandum xpi et iohãnis baptiſte concepcionem miſſus eſt ãgelus gabriel. Luce. i.

Et nato domino ibidẽ. Angelꝰ domini paſtoribꝰ annũciauit.

Angelus domini legitur tribus vicibus ioſeph apparuiſſe ſcilicet ante natiuitatẽ domini Mathei. i. dicẽs noli timere accipe mariam coniugẽ Mathei. ij. Surge et accipe puerũ Tercio poſt mortem herodis. Ibidem dicens. Accipe puerum et matrem eius et reuertere.

Poſt temptacionem xpi angeli acceſſerunt ad xp̄m et miniſtrabãt ei Mathei. iiij.

Angeli apparuerunt in reſurrectione dñi. Item i eius aſcenſione ſicut patet ex euangelio. Principes ſacerdotum et omnes qui cum eis erant i iecerunt manus in apoſtolos et poſuerunt eos in cuſtodiam. Angelus autem domini de nocte apparens eis eduxit eos de cuſtodia publica Actuum. v.

Angelus domini eduxit petrũ de carcere herodis. Actuũ. xij.

Herodes rex ſedebat pro tribunali populus autem acclamabat voces dei et non hominis. confeſtim percuſſit eum angelus domini ⁊ expirauit. Actuum. xij.